

¶ Pars VII.

¶ Ca. III.

et error huiusmodi erit in ultimo erroris insanie ita ut deformis  
 sumā iudicet: et nigerrimam foetā albam. Et ad hunc modum  
 se habet alijs sensibus. quia erit ei et pro suaui odore fetor ipsi  
 us. et pro suauiissima catilena horreda vociferatio: et ita de alijs

¶ ¶ Futur beatitudo non est in delicijs carnalibus. ut di-  
cunt sarraceni: ¶ Capitulum III. A

**D**eclaratum est tibi euidenter ex his. quia non solum  
 impossibile est carnalem esse paradysum: et felicitatem  
 sensibilem deliciarum: sed etiam ridiculosum. Et quia  
 somniata ista felicitas non est nisi beutorū animalium. nec esse  
 potest. Patefactum est etiam tibi. quia vera felicitas non susti-  
 net huiusmodi delicias: sed abstrahit ab his. Et propter hoc cessa-  
 bunt de necessitate in patria. quare manifestū est verbū veritatis  
 quod legitur Matth. xxii. In resurrectione nec nubent nec nubent  
 sed sunt sicut angeli dei in celo. Similiter Luce. xx. Neque nubent  
 neque ducet uxores: qui digni habentur seculo illo. Equales enim  
 angelis dei sunt. Manifestum est etiam quia paradysus iste non  
 est nisi sicut volutabrum porcorum. Et quia postquam ipsius: vox  
 pecudum est: non hominū. ut supra diximus. Et his decausis  
 volunt quidam sapientes de sarracenis: non iuxta literam ma-  
 chometum intellexisse promissiones istas. videntes eas esse vi-  
 diculas: et machometum per eas toti mundo fieri ridiculum  
**B**eaucenna tamen in philosophia sua prima de liramentis  
 istis: expresse consentit. s. quia gaudia corporum: expressa sunt  
 in lege nostra quam dedit Machometus: quod loquatur de gau-  
 dijs animarū post corpora in quibus non philosophum: sed insanie  
 istius confortem euidenter se ostendit. cuius damnatio tanto  
 iustior: quanto ista deliramenta tanto philosophus magis vidē  
 potuit: et videre neglexit. Blasphemias vero quibus contra bea-  
 tam trinitatem: deique ac domini nostri iesu christi diuinitate  
 ablatrauit: iam alibi delatruimus: et eas hic propter hoc pntissimē.

¶ De Diuersis legibus sarracenarum. ¶ Capitulum III. A

**P**ost hoc autem loquemur de diuersitate legum istarū: et  
 narrabimus de his sententias eorum qui reputati sunt  
 sapientes in mundo. Ex his ergo fuerunt qui dixerunt:  
 quod lex hebreorum: lex fortune est. Et quia hebrei colunt fortunā  
 in hoc quod propter fortunam: et propter prosperitatem temporaliū:  
 leges tenere videbant: nec aliud eratis expresse in lege pmissū  
 quod prosperitas temporalis. Nec aliud ei innatum est: quod fortuna